

VOTA SOLENNIA

Honoribus Consularibus

VIRI Magnifici, Prænobilissimi atque Consultissimi

DN. CONRADI A BERCHEM, JCTI EXCELLENTISSIMI,

Cum is

Post gestam per annos XXIX,

Dignitatem Senatoriam,

Et administrata, summa cum laude, gravissima Reipubl munera,

Illustris Reipublicæ CONSUL designaretur,


Quodque felix faustumque sit! publicè solenniterque introduceretur

Anno MDCCXVIII, die VIII. Decembris,

dicata

Scholæ Bremensis nomine

JOHANNE HAVIGHORSTIO, Prof. Publ. Bibliothec. & Pædagog.



*ix Duerhageni rediens de funere Musa,
Effulsis fuerat lacrymis testata dolorem.*

*Imperata vetant subito cum gaudia lugas
Immodicos - redit & nidos post nubila
Phœbus.*

*Atque sine ulterio non celat curia causam
Licitig, facta tunc tota mox Urbe vagatur,
Berchemo rursus tellam cecidit curulem
Consentio Patrum, & bis tenos ordine fasces
Cæcæ, & cigdas nra ferre secures.*

*Nec facile est veri justique tenacior alter,
Innocuos libuit seu defensare clientes.*

Sed tenere eos, & iuste tradere potuit.

*Atque antiqua fides, iam quanta modestis mœnibus
Stuplicitasque exosa delos, nec turgida fastu
Est prociat hinc latis inflata superba rebus,
Ambinoque fœceta, & amor malis habendi.
Hinc pudent in sanctum Cives legere Senatorum
Magnifico hunc etiam nunc nomine Consul
Omne qui fausto rebus succurrere fœlis,
Atque suam virtute queat facere ruinam.*



Insperata vetant subito cum gaudia luctus
Immodicos, redit & nitidus post nubila
Phœbus.

Atque suæ ulterius non celat *Curia* causam
Lætitia, fama hinc tota mox *Urbe* vagatur,
Berchemio rursus sellam cessisse curulem
Consensu *Patrum*, & bis senos ordine fasces
Lictorum turbam, & rigidas præferre secures.
Exsiluit, læto motus velut omine, *Pindus*,
Quæque incedebat passis funesta capillis
Calliope, jam ferta iterum sibi laurea poscit,
Atque alacris doctas sic est affata *Sorores*:
Pellite jam tandem luctus, nova gaudia mente
Concipite, & læto nunc edite pectore plausus.
Quæ fuerat nuper magno, heu! concussa dolore,
Mutat *Brema* vices, lacrymis penitusque remotis,
Jubila nunc iterum exsultans ad *sydera* tollit.
Jam denso coeunt gratantes agmine *Cives*
Consule *Berchemio* læti, nos, euge! sequamur.
Berchemia dudum *Brabantia* gentis honorem
Extollit, veterum ostentans monumenta *Virorum*.
Hoc etiam nostris est nobile nomen in oris.
Berchemium hunc *Vestro* nutritis lacte *Camena*,
Mersistisque avidum castis *Aganippidos* undis.
Hunc complexa sinu, magno mox fovit amore
Pallas ipsa, suas docuitque fideliter artes.
Ipsa *Sacerdotem* *Themis* hunc delegit, & omnem
Edocuit pridem doctrinam juris & æqui.

Atque antiqua fides. Jam quanta modestia morum,
Simplicitasque exosa dolos, nec turgida fastu?
Est procul hinc lætis inflata superbia rebus,
Ambitioque scelestæ, & amor maleficus habendi.
Hunc pridem in sanctum *Cives* legere *Senatum*,
Magnifico hunc etiam nunc nomine *Consulis* ornant,
Omine qui fausto rebus succurrere fœlis,
Atque suam virtute queat sarcire ruinam.
Sed vix summa *Tuæ*, *Consul*, vestigia laudis
Calliope vero sic delibaverat ore,
Cum subito insurgunt magno certamine *Musæ*,
Et pia vota ferunt, resonat concentibus æther,
*Berchemio*q; diu sit felix *Consule* *Brema*
Conclamant, votis & *Numina* celsa fatigant.
Vota etiam hæc pariter, conscriptiq; ordine *Patres*
Et grati *Cives*, velut una voce, sequuntur,
Te decus & columen nostris ut fata reservent
Rebus, propitiumque tibi largissima vitæ
Munera det *Numen*, devota mente precantur.
Non *Te* commoveat stridens *Aquilone* procella,
Aut quæ nunc *Siculis* tempestas surgit ab oris,
Te *Duce* sed *Scyllam*, *Duce* *Te*, *Tua* *Brema* *Charybdis*,
Auspiciis confisa *Dei*, devitet, at alma
Pax procul extendat commercia, sanctaque *templa*
Fida *Dei* servent semper præconia, & artes,
Te *Duce*. florescant, clara incrementa *Lycæum*,
Præsides *Te*, capiat, surgatque ad *sydera* fama,
Felicesque diu servet concordia *Cives*!

BREMÆ

Typis HERMANNI BRAUERI, Illustris Gymnasii Typographi.

